

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Iusto Vualhausen Philippus Meláchthon, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

præcinctunt nobis hymnū, ut Deo gloriam cum ipsis  
tribuamus uero pectorē, & uera uoce: quod sine  
agnitione et doctrina fieri nō potest. Quare, ut tu  
quoq; cum angelis idem carmen-sones, discito do-  
ctrinam cœlestē, quæ uerissimē & uerē testatur,  
nos Deo curæ esse. Bene uale. Salutem opto dulcissi-  
mis fratribus tuis.

Egregia indole & uirtute prædicto Chri-  
stophoro M. amico suo, Philippus  
Melanchthon S. D.

Epistolam tuā non tantum libenter legi, quia  
amicitiam nostram perpetuam esse uolo: sed etiam,  
quia te in literis proficere animaduerto, quarum  
studia nequaquam abijcito. Mitto autem tibi orationem, in qua multarum uirtutum laudatio est:  
quas intelligere iam discas, & amare, ut cogitatio-  
ne earum te ad decus exuscites, ut mores tui et Deo  
placeant, & sint patri et matri uoluptati. Breui, ut  
spero, ad uos expaciabor. Bene & feliciter uale.  
Die 13 Februarij.

Iusto Vualhausen Philippus Melach-  
thon, S. D.

Non solum ex alumnorum literis, sed etiam ex  
tuis, coniecturam facio de tua fide, & tua sedu-  
litate. Video enim te operam darc, ut ipse docen-  
do

do discas, teq; ipsum meliorem reddas. Nam e-  
pistola tua ita est scripta, ut superiores tuas epi-  
stolas facilitate atque elegantia uincat. Ita autem  
quisq; studiosissime docet, si se quoq; meliore red-  
dere conetur. Cum autem uideam te tali natura at-  
que ingenio esse, ut consequi genus orationis pro-  
bable possis: non dimittam te quin adhorter, ut o-  
mnibus uiribus in hanc rem incubbas, ut in ratio-  
ne dicendi elabores. Itaq; te uelut conferas summo  
studio ad imitationem Ciceronis. Interdum tamen  
te epistolas Erasmi legere uelim: & de ipsa ratione  
imitandi scribam ad te plura, si cognouero te hoc  
studio delectari. Eodem autem uocandus erit alum-  
nus tuus, cui us natura ad eloquentiam uidetur ido-  
nea. Vale.

D. Hieronymo Beitnero Philippus Baumgarten  
Melanchthon S. D.

Quod ratius ad te scribo, uir optime, quiduis  
putos in causa esse, quam obliuionem tuae benevolen-  
tiae. Ego enim te propter excellēs ingenii tuum  
feci plurimis: & cum me semper omni officiū generē  
colli senserim, ingratus sim, si dissimulē me ubi non  
debere plurimum. Sed hæc tempora, quæ te quoq;  
(ut video) non leuiter exercent, non solum hæc no-  
stra officia, sed etiam planè euertunt omnia. Legi e-  
pistolam tuam non sine magno dolore, in qua & si  
q 2 gnificas,